



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Iracundia domita. 26

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

XXVI. *Iracundia domita.*

ET iracundiam certe generosa violentia breui compressit; cum sibi nullam, ne leuissimi quidem errati gratiam faceret; sed simul verbulum aliquod imprudenti, per subitos calores, excidisset; continuo poenam a se ipse posceret; frontemque aut ora, qua parte deliquisset, vindice pugno castigaret: Addidit alterum istud, in hac palaestra palmarium; & quo nihil ad triumphandos iracundiae motus, potuisset validius: ut videlicet, eos ipsos, a quorum ingenio diffidebat, vltro requirere, usque dare se, & eorundem alloquio peramicè, quamquam abhorrente sensu, inserere studeret. Tum, qui iactato forte conuitio, aut alia re graues, per
 iniu-

iniu
 gen
 sign
 lis a
 lau
 sup
 am

XX

D

ren
 cor
 vio
 ani
 etu
 ced
 sed
 pre
 rat
 pre
 sta

iniuriam, fuisset; eos vero, ingenuè sincerèque diligere, nec signis quibus amor proditur vllis abstinere: vsque eò etiam, vt lautiora, quæ de cibo sibi ipse super mensam deduxisset, illis amanter suggereret.

XXVII. *Mansuetudinis exēpla.*

Die quodam euenit, vt nullo suo merito laceffitus, de ferenda, quam acceperat, iniuria, compressiùs aliquanto secum, violentiùsque dimicaret. Sensit animi luctantis indicia Præfectus; veritusq; ne perturbationi cederet, adolescentem è turba seducit; & consilium vt sibi per preces capiat, monet. Obtemperat alacer monenti; concipit preces. Inde animo ex tempestatibus in tranquillum redu-